



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XVIII. An vlla sit causa Prædestinationis in nobis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

III. Ad deuitanda tamen peccata luf-  
ficiens auxilium omnibus, temper, & v-  
bi que adest, mediate, vel immeiatè.  
Iaco iusti orati, Mat. 6. Et ne nos inducas  
in tentationem. Proinde, Ecc. 15. Ne dicas  
per Deum Abest. Quia Oseæ 13. Perditio  
tua ex testantummodo in me auxilium tuum.  
Vnde Aug. l. de nat. & grat. c. 43. Admo-  
net nos Deus facere quod possumus; & petere,  
quod non possumus. Idem l. de grat. & lib.  
ar. c. 16. Ideo quædā subet, qua non possumus;  
ut si amus, quid ab illo petere debeamus.

## QVÆSTIO XVIII.

*An illa sit CAVSA PRAEDESTINA-  
TIONIS in nobis?*

## XXXII. ANTICHRISTIANISMVS.

**C**ALVINISTÆ Eudoniar, seu merum gratui-  
tum Dei beneplacitum causam Electio-  
nis impellentem bene constituunt; sed male  
explicant, male defendunt: Nimirum sic pla-  
cuisse Deo ante præuisum peccatum origin. &  
etiam post præuisum peccat. origin. & actua-  
lia.

**CHRISTVS;** Ego quinque  
hac in re docui.

I. Aliqui sunt Electi. Mat. 20. Multi  
sunt vocati; pauci vero electi. Mat. 24. Con-  
gregabunt Electos eius à quatuor ventis. Ro.  
8. Quis accusabit adversus Electos Dei? Eph.  
1. Elegit nos IN IPSO ante mundi consti-  
tutionem.

II. Sunt Electi ad regnum. Luc. 12.  
Nolite timere pusillus grec; quoniam compla-  
cuit Patri dare vobis regnum. Rom. 10. Re-  
liquie secundam Electionem gratia salue fa-  
cti a sunt.

III. Electi ad regnum infallibiliter

saluabuntur. Mat. 24. Propter electos bre-  
via buntur dies illi. Ioan. 6. Hoc est voluntas  
Patris; ut omne, quod dedit mihi; non perdams  
sed resuscitem in nouissimo die. Ioan. 10. Ne  
mor rapiet eas de manu mea. Ego & Pa-  
ter vnum sumus. Rom. 9. Quos prædi-  
nauit, hos & vocavit, sc. secundum propo-  
situm: Et quos, ita vocavit, hos iustificauit:  
Et quos ita iustificauit, hos magnificauit.

IV. Electio prædicta, est facta ex mera  
Dei Misericordia. Lu. 12. Complacuit Pa-  
tri dare vobis regnum, gratuito. Quia Ioa.  
15. NON OS Me elegi sis; sed EGO elegi vos;  
& posui vos, ut eatis, & fructum offeratis;  
& fructus uester maneat, quasi dicat. Non  
elegi vos, quasi viderim me eligendum  
fore à vobis, vos fructificaturos, aut per  
seueraturos; non: sed elegi vos ut faciam  
vos fructificare, me sequi, & perseuera-  
re. Clarius Rom. 11. Reliqui mihi adhuc  
7000. virorum, qui non curauerunt genus  
ante Bial. Sic ergo in hoc tempore reliquia SE-  
CVNDVM ELECTIONEM GIA TIAE  
salve facta sunt.

Clarissimè Eph. 1. Elegit nos in Ipso an-  
te mundi constitutionem, et te, Iesum sancti &  
immaculati. Et, Prædestinavit nos in adoptio-  
nem filiorū SECUNDVM PROPOSITVM  
VOLVNTATIS SVAE, in laudem gloriae  
GRATIAE sue.

Addit: IN QVONOS FORTE vocati su-  
mus, prædestinati secundum Propositum eius:  
quasi dicat. Vocatio, respectu homi-  
num dici potest Fortuita; quia ipsi sin-  
scijs facta est; at respectu Dei nō est sors,  
sed destinata, electio secundum propo-  
situm.

V. Electio eadem est non solum grá-  
tuita; sed etiam absque illa præuisione  
operum. Rom. 9. Cum novum nativitatem,

ANT